



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5. Vtrum per huiusmodi sanctificationem adepta fuerit plenitudinem
gratiarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

eo magis appropin-
 quat aliquod princi-
 pio in quolibet ge-
 nere, tanto plus ef-
 fectum illius parti-
 cipat: sed beata Vir-
 go maxime appropin-
 quant principio,
 ergo. Maior ex
 Dio. Minor probat-
 ur, quia Christo ma-
 xime appropinqua-
 vit, qui secundum
 deitatem auctoritate
 tate, & secundum
 humanitatem instru-
 mentaliter est prin-
 cipium gratiae: quod
 probatur Ioann. 1.
 Gratia & veritas per
 Iesum Christum facta
 est.

¶ Adverte ergo, qd
 cum in litera conclu-
 ditur, beatam Vir-
 ginem praeter ceteris
 gratiam habuisse,
 non fit comparatio
 ad Angelos, sed
 homines tantum,
 cum quia est ser-
 mo de gratia data
 beatae Virgini in u-
 tero matris, quam
 constat fuisse mino-
 rem gratia angelo-
 rum.

In h. 2. 2.
 In h. 2. 2.
 In h. 2. 2.
 In h. 2. 2.

Homil.
 In h. 2. 2.
 In h. 2. 2.

Am. h.
 In h. 2. 2.
 In h. 2. 2.

um quasi vnigenitū a Patre, ple-
 nū gratiae & veritatis: sed ea quae
 sunt propria Christi, non sunt al-
 teri attribuenda. ergo beata Vir-
 go plenitudinem gratiarum nō
 accepit in sanctificatione.

¶ 2 Præt. Ei quod est plenū, & p-
 fectū, non restat aliquid adden-
 dum, quia perfectū est cui nihil
 deest, ut dicitur in tertio Phy. * sed
 beata Virgo postmodū additio-
 nē gratiae suscepit, & qñ Christū
 concepit (dictum est. n. Luc. 1.
 Spiritus sanctus superueniet in
 te) & iterum qñ in gloria est as-
 sumpta. ergo vñ quod non ha-
 buerit in sua prima sanctificatio-
 ni plenitudinem gratiarum.

¶ 3 Præt. Deus non facit aliquid
 frustra, vt dicitur in 1. de Coelo: f-
 frustra aut habuisset quāsdā gratias,
 cum earū vñum numquam exer-
 cuerit: non. n. legitur aut doctus
 se, quod est actus sapientiae, aut
 miracula fecit, quod est actus
 gratiae gratis datae: non igitur ha-
 buit plenitudinem gratiarum.

SED CONTRA est, qd Angelus
 ad eā dixit Luc. 1. Aue gratia plea-
 na, quod exponens Hieron. * in
 sermone de Assūptione dicit, Be-
 ne gratia plena, quia ceteris per par-
 tes praestatur, Maria vero se totā
 simul infudit gratiae plenitudo.

RESPON. Dicendum, qd qñ ali-
 quid magis appropinquat princi-
 pio in quolibet genere, tanto ma-
 gis participat effectum illius prin-
 cipij, vnde Dionys. * dicit 4. cap.
 Cael. hier. qd angeli qui sunt Deo
 propinquiores, magis participāt
 de bonitatibus diuinis, quam ho-
 mines. Christus autē est principij
 gratiae, secundū diuinitatē qui-
 dem auctoritative, secundū hu-
 manitatem vero instrumentaliter.
 unde & Ioan. 1. dicit, Gratia, &
 veritas per Iesum Christum facta
 est: beata autē uirgo Maria propin-
 quissima Christo fuit secundum
 humanitatem, quia ex ea accepit
 humanam naturam, & ideo praeter
 ceteris maiorem debuit a Chri-
 sto gratiae plenitudinē obtinere.

AD PRIMVM ergo dicendum,
 qd unicuique a Deo datur gratia
 secundum hoc ad quod eligitur.
 Et quia Christus, in quantum est
 homo, ad hoc fuit praedestinatus
 & electus ut esset filius Dei, in uir-
 tute sanctificandi, hoc fuit sibi
 proprium, ut haberet tantam ple-
 nitudinem gratiae, quod redun-
 daret in omnes, secundum quod
 dicitur Ioann. 1. De plenitudine
 eius nos omnes accepimus: sed
 beata Virgo Maria tantam gra-

tiam obtinuit plenitudinem, vt ef-
 fectus propinquissima auctori gra-
 tiae, ita quod cum qui est plenus
 omni gratia, in se reciperet, &
 eum pariendo, quodammodo
 gratiam ad omnes deriuaret.

AD SECVNDVM dicen-
 dum, quod in rebus naturali-
 bus, primo quidem est perfectio
 dispositionis, puta cum mate-
 ria est perfecte ad formam di-
 sposita. Secundo autem est perfe-
 ctio formae, quae est potior,
 nam & ipse calor est perfectior,
 qui provenit ex forma ignis,
 quam ille qui ad formam ignis
 disponebat. Tertio autem est
 perfectio finis: sicut ignis perfe-
 ctissime habet proprias qualita-
 tes, cum ad locum suum perue-
 nerit. Et similiter in beata Vir-
 gine fuit triplex perfectio gratiae.
 Prima quidem quasi dispositiua,
 per quam reddebatur idonea ad
 hoc quod esset mater Christi, &
 haec fuit perfectio sanctificatio-
 nis. Secunda autem perfectio gra-
 tiae fuit in beata Virgine ex praesentia
 filij Dei in eius utero in-
 carnati. Tertia autem est perfe-
 ctio finis, quam habet in gloria.

Quod autē secunda perfectio
 sit potior quam prima, & tertia
 quam secunda, patet quidē uno
 modo per liberationē a malo.
 Nā primo in sua sanctificatione
 fuit liberata a culpa originali: se-
 cundo in conceptione filij Dei,
 fuit totaliter a fomite mundata:
 tertio uero i sui glorificatione,
 fuit liberata ē ab omni miseria.
 Alio modo per ordinē ad bonū.
 Nā primo in sua sanctificatione
 adepta est gratia inclinātem eā
 ad bonū: in conceptione autem
 filij Dei consummata est eius gra-
 tia confirmans eam in bono: in
 sui uero glorificatione consu-
 mata est eius gratia perficiens
 eam in fruitione omnis boni.

AD TERTIVM dicēdū, qd non
 est dubitandū, quin beata Virgo
 accepit excellēter donū sapiē-
 tiae & gratiae uirtutum, & etiam
 gratiam prophetiae, non tñ acce-
 pit ut haberet oēs usus harum,
 & similiarum gratiarum, sicut ha-
 buit Christus, sed secundum qd
 conueniebat conditioni ipsius.
 Sapientiae enim usum habuit in
 contemplando, secundum illud
 Luc. 2. Maria autem cōseruabat
 omnia uerba haec, conferens in
 corde suo. Non autem habuit
 usum sapientiae, quantum ad do-
 cendum: quia hoc non conue-
 niebat sexui muliebri: secundū il-

tamen accepit, vt ha-
 beret omnes usus ha-
 rum & similiarum gra-
 tiarum, sicut habuit
 Christus, ly omnes
 nō distribuit pro om-
 nibus simpliciter vsi-
 bus gratiarum, quia
 nec Christus habuit
 omnes usus gratiarū,
 quoniam non est lo-
 quutus uarijs linguis,
 ut superius in q. 7. ar.
 7. ad ultimū Auctor
 dixit: sed distribuit
 pro quasi omnibus,
 quae in moralibus ap-
 pellare licet omnia.
 Christus, n. habuit
 omnes usus gratiarū,
 quia modicū pro ni-
 hilo reputatur. Beata
 autem uirgo non ha-
 buit omnes usus, qui
 multi sibi deseruunt,
 quia scilicet imperi-
 nentes erant suae con-
 ditioni, non enim fe-
 cit miracula, &c. Vel
 distribuit pro omni-
 bus vsibus imitatis
 ad illos, quos habuit
 Christus, ut non sit
 dictum in litera, nō
 habuit omnes usus,
 sed non habuit om-
 nes usus sicut Chri-
 stus, tāquam ly sicut
 limitet ly omnes vs-
 us, Et quous modo
 exponatur sententia,
 in idem redit: prima
 tamen expositio ma-
 gis consonat literae.

In eodem articulo
 quo ad actum do-
 ctinae negantur a
 beata Virgine, ad-
 uerte quod quia theo-
 logia solida fundat-
 ur super Scriptu-
 ra sacra, & nullibi
 in ea reperitur bea-
 tam Virginem doc-
 uisse, sicut nec Chri-
 stum loquutum lin-
 guis, ideo sicut affir-
 mamus Christum nō
 usum gratia lingua-
 rum in loquendo, eadem
 ratione affirmandum
 est, beatam Virginem
 non docuisse, praeter-
 cum apostolica au-
 thoritas hoc interdixit
 mulieribus cō-
 probat. Quod autem
 dicitur, ipsam instru-
 xisse discipulos Chri-
 sti de annuntiatione
 sua & natiuitate fi-
 lij, & magorum ad-
 uentū, & similibus,
 ex Scriptura non ha-
 betur: sed habetur,
 quod Spiritus sanctus
 docuit Apostolos
 omnes ueritatem de
 spectantibus ad si-
 dem, inter quae erat
 Christi conceptio ex
 Spiritu sancto, &
 natiuitas ex Virgi-
 ne.

D. 283.

ne, que etiam in Symbolo posita sunt. ¶ Possent tamen dici, quod non publica doctrina, sed familiari instructione, quam constat mulieribus non esse prohibitam, beata Virgo aliqua particularia facta explicauit apostolis. Auctor autem secundum scripturam sacram loquitur, negans ab ea usum sapientie, quo ad actum doctrinae.

¶ Super Quaestione uigesimo septimo Articulum sextum.

Titulus clarus.

In corpore duo sunt, primo tractatur quid Aug. de hoc scripserit, secundo respondetur quaesito. Quo ad primum August. sub dubio quaestionem relinquitur uideatur, & dicitur: littera, quod uidetur dubie loqui, quoniam Aug. in his uerbis non loquitur de sanctificatione quaestioque, sed illa, quae est cum proprio sanctificati actu, scilicet credere, amare, & huiusmodi. Quia enim haec relinquitur sub dubio & de nulla alia loquitur sanctificatione, uideatur sub dubio quaestionem de sanctificatione hominum in utero reliquisse. Omnia clara sunt in littera.

¶ dist. 3. q. 1. art. 2. q. 1. ad 4. Et quod 6. q. 5. artic. 1. cor. in fi. Et opus 3. c. 131. Et psal. 45. co. 5. Ex ar. 3. & huius q.

lud 1. ad Tim. 2. Docere autem mulieri non permitto. Miraculorum autem usus sibi non competeat dum uiueret: quia tunc temporis confirmanda erat doctrina Christi miraculis, & ideo soli Christo, & eius discipulis, qui erant baiuli doctrinae Christi, conueniebat miracula facere. Propter quod etiam de Ioanne Baptista dicitur Ioan. 10. quod signum fecit nullum, ut scilicet omnino Christo intenderent. Vsum autem prophetiae habuit, ut patet in Cantico quod fecit, Magnificat anima mea Dominum, &c.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum sic sanctificari fuerit proprium beatae Virgini.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod sanctificari in utero post Christum proprium fuerit beatae Virgini. Dicitur enim, quod propter hoc beata Virgo fuit sanctificata in utero, ut redderet idonea ad hoc, ut esset mater Dei: sed hoc est proprium sibi. ergo sola ipsa fuit sanctificata in utero.

¶ Aduerte tamen, quod ex littera euangelij sumi potest, Ioannae accelerati fuisse uisum liberi arbitrij. Nam ibi non solum dicitur, Exultauit infans, sed exultauit in gaudio. exultare autem similitudinarie, licet etiam sit in inanimatum (iuxta illud, Montes exultauerunt ut ardet, & colles sicut agni conuulsi) proprie tamen est animalium. Et quia non sine animali passione fit gaudium, oportet Ioannam exultasse in gaudio, uel secundum sensum tantum partem, & hoc non consonat causa exultationis & gaudij in euangelio scriptae, quia uox beatae Virginitis salutantis non erat commouita partis sensitiuae prolis in utero, sicut nec aliae eiusdem & aliarum mulierum uoces, uel secundum partem intellectiua, & hoc ordo effectuum causatorum a saluatione insinuat, quod scilicet gaudium partis intellectiuae fuit in puero: nam ex saluatione aurium Elisabeth commouita, puer non in auribus, sed in gaudio exultauit, & Elisabeth deinde repleta est Spiritu sancto proculdubio in mente. Vnde comprehenditur, quod primo mater secundum sensum percepit: deinde puer secundum mentem, & demum a matris mentem intelligentia peruenit. Et huic sensui doctorum uerba consonant dicentium de Ioanne, quod prius sensit Dominum, uel quod a perfectae coepit aetatis mensura, uel aliquid huiusmodi.

¶ Quo ad secundum, tria Auctor facit, primo respondet quaestioni negatiue, affirmando duos alios sanctificatos: deinde dicit ne minimum alium esse sanctificatum: tertio rationem reddit, quare illi duo sanctificati sunt. Circa responsionem ergo distinguuntur hic duae quaestiones, altera quae mota est de sanctificatione, altera de tali sanctificatione, scilicet cum usu liberi arbitrij. Monstratur diuersitas magna inter istas quaestiones, ex eo quod sanctificatio potest fieri & esse sine usu liberi arbitrij, ut patet in sanctificatione paruulorum per baptismi gratiam. Et propterea nihil obstat quaestioni propositae in hoc articulo, si pars negatiua quaestionis secunda, quae ab Aug. tractata est, teneatur. Propter haec igitur, littera respondet quaesito, quod duo ultra beatam Virginem inueniuntur sanctificati in utero, scilicet Hieremias, & Ioannes. Probat autem auctoritate Scripturae, & excluditur obiectio de usu liberi arbitrij, quamuis illud non habuerit, &c.

¶ Vbi nota, quod hinc non potest assertum dici de mente Augustini hos non habuisse liberi arbitrij usum in utero, quoniam

aduersariue loquitur ad monstrandum conclusionem suam non dependere ex uisum liberi arbitrij, deinde negat quemcumque alium sanctificatum in utero, ratione probans, quia inutilis esset. Vbi occurrunt tria dubia, primum est circa applicationem auctoritatis Apostoli ad propositum: diffonare quippe uideatur, nam sermo est de sanctificatione in utero, Apostolus autem non de ipsa sanctificatione seu sanctitate, sed de manifestatione eius loquitur: non enim dicitur, unicusque datur spiritus, sed manifestatio spiritus, &c. Littera ergo loquens de ipso Spiritu, non bene afferat auctoritatem de manifestatione Spiritus: haec enim auctoritas non probat illud assumptum, ut patet.

¶ 2 Prax. Aliqui uidentur propinquis accessisse ad Christum, quam Hieremias & Ioannes Baptista, qui dicuntur sanctificati in utero, nam Christus specialiter dicitur filius Dauid, & Abraham propter promissionem eis specialiter factam de Christo. Itaque etiam expressissime de eo prophetauit, Apostoli etiam cum ipso Christo conuersati sunt: nec tamen leguntur sanctificati in utero, ergo neque etiam Hieremias & Ioanne Baptista conuenit sanctificari in utero.

¶ 3 Prax. Iob de se dicit, Iob. 31. Ab infantia erexit mecum miseratio, & de utero regressa est mecum: nec tamen propter hoc dicimus eum sanctificatum in utero, ergo neque etiam Ioannem Baptista, & Hieremias cogimur dicere sanctificatos in utero.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur de Hieremia, Hierem. 1. Antequam exires de ventre, sanctificauit te. Et de Ioanne Baptista dicitur Luc. 1. Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suae.

¶ RESPON. Dicendum, quod August. in Epist. ad Dardanum,

natur, cui non nisi per Scripturam Sacram innotebant, secundum hanc litteram.

¶ Ad primum dubium dicitur, quod assumptum litterae ad quod probandum inducitur Apostoli auctoritas, non est, sanctificationis gratia ordinatur ad uilitatem: sed est huiusmodi, praelegia gratiae, quae datur aliquibus, praeter communem legem ordinatur ad uilitatem. Ex quibus uerbis dupliciter responderi potest: primo quod sicut praelegia materialia alicui a principe citri concessa, sub specie manifestationis continentur, ita praelegia gratiae est manifestatio spiritus, & concessi in ipsa gratia infusa, & concedentis Spiritu sancti, specialiter diligenti illud, cui gratiam dedit, ac per hoc littera probans praelegia gratiae per manifestationem spiritus, non diuertit ad extranea. Et si obiciatur, quod tunc ratio ista supponit sanctificationem in utero semper fieri cum praelegio, conceditur quod sic est secundum hanc responsionem. Et suppositio est satis rationalis, quoniam sicut secundum rem sanctificatio in utero est actus praelegialis, ita etiam debet esse secundum cognitionem.

¶ Secundum, quod quia tam singulares gratiae superexcedunt communem legem diuinae prouidentiae, ac per hoc harum concessio spectat ad diuina miracula, constat autem miracula ordinari ad aliorum uilitatem, ideo non solum praelegia, sed ipsa sanctificatio in utero, ex hoc ipso quod praeter legem communem fit, continetur sub gratia, quae datur ad aliorum uilitatem, & consequenter sub spiritu manifestando. Nam ex hoc ipso, quod ad ecclesiam uilitatem ordinatur, ad ecclesiam quoque notitiam necesse est ordinari, alioquin diuina sapientia non disponderet omnia suauiter, dum rationalibus creaturis ex quibus ecclesia constat, non per rationis actum de suo bono prouideret, sed uelut animalibus brutis incognitas uilitates ingereret. Et confirmatur ex dictis in primo libro, scilicet quod Deus in ecclesia triumphante nunquam praeter communem ibi legem operatur: quia nulla uilitas esset. Cum igitur in militanti ecclesia praeter communem legem operatur, ad ecclesiam uilitatem operatur, ob cuius uilitatem communem legem praetermittit. Quia igitur assumptum in littera de gratia contenta sub spiritu manifestando loquitur